

**De Latinis qui sunt in Ierusalem.**

Est interiectam haud inutilem spero digressionē inter ceteras nationes supra designatas. et hanc de qua nūc dicemus latinorum et catholicorum qui etiā Ierosolimis sunt (et si pauci). siue ea absoluta parti huic imponere finē. Si quis dem narrauimus in prioribus et pura atq; simplici veritate explicauimus sectarū illarū siue nationū varietates. atq; cōgregationū sathane differentias multimodas paucis absolui. prout exacta indagine in locis illis pscrutantes singula comperimus. jēd pter eas. sunt etiā pōtremo hac nostra etate et ab aliquot annis superioribus in Ierosolimis quidā orthodoxe fidei deuoti pfectores. viri religiosi. qui a ceteris nationibus ibidem (vt sunt) latini. a sarracenis vero francigi (Sūt equidē filij et fratres sancti francisci) a nobis autē fratres minores. vltimo vocabulo appellantur. qui illo a suis mittuntur superiorib⁹. et amotis vel mortuis quibusdam. alij in locū eorū subrogātur. vniūq; sub regulari sui ordinis institutione. de elemosinis deuotoꝝ peregrinorum. Illic ex terris xpianoz vementiū. et alioꝝ quorūdam fidelū principū qui sacrorum locoꝝ deuotione et pietate xpiana moti. annuas suas eis trāsmittere elemosinas nō negligūt. Ipiq; fratres peregrinos eo pro tpe aduentates. benigne suscipiūt. pro facultatibus caritativē ptractāt. loca sancta ostendūt. infirmos refouēt. ac varijs eis officijs pro posse subseruiūt. Ipi fratres monasteriū ibi habent in monte syon. et vt cōmuniter viginti quatuor fratres. in eodem loco vtiq; sanctissimo dño famulantes. Inde nō longe habent sua sub cura et prouisione. cōuentū pauperū dñarū sancte Clare et adminus sex ibidem sorores. Sed et templū gloriose virginis marie in Bethleem in cura sua habent. et cōuentū ibidem cū sex fratribus sui ordinis. qui sacratissimū psepē dñi et custodiūt et colunt deuote. atq; etiā in templo dñici sepulchri gloriofi. duos semp habent fratres inclusos quos crebro mutāt. et alios atq; alios subordinant successiue. Omnibus hijs locis et psonis fratres ipi de necessarijs habent prouidere. Et nichilomin⁹ maximas et pene cōtinuas ppetuē calamitates et molestias (vt facile est creditu) tum ab infidelibus. tū ab hereticis supra memoratis qui eis insultāt et illudūt. affligentes eos grauitē. et ad amaritudinē vitā eoz pducentes. Et tamen pcerto ex istimo qd nisi ipi ibi manerent. vix nobis latinis illo pro tpe proficiscētib⁹. tutus ad loca sancta pateret accessus. adeo pfidi illi et maxime apostate xpiani. odio nos habent et abhominatiōi.